



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5. Vtrum potestas ministerii in sacramentis conueniat malis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Christo secundum quod est Deus: licet & potestas excellentia possit auctoritas nominari per comparationem ad alios ministros: unde super illud i. ad Corinth. i. Diuisus est Christus, dicit glo. q. quod potuit eis dare auctoritatem baptismi, quibus contulit ministerium.

AD TERTIVM dicendum, q. ad hoc inconueniens euitandum, ne scilicet multa capita in ecclesia essent, Christus noluit potestatem suam excellentiam ministris communicare: si tamen communicasset, ipse esset caput principaliter, alii uero secundario.

¶ Super Questionis, sexagesimaquarta. Articulu quintu.

Titulus clarus.

T In corpore una est conclusio: Ministri Ecclesie possunt sacramenta conferre, etiam si sint mali. Probat: Ministri ecclesie instrumenta alter operantur in sacramentis, ergo possunt sacramenta conferre etiam si sint mali. Antecedens probatur, ex eo quod eadem est ratio ministris, & instrumentis. Consequencia uero probatur, ex eo quod instrumentum non propria uirtute, sed uirtute principalis agentis operatur: quod probatur ab effectu: quia hinc est, q. instrumentum accidit omnis forma praeter id, quod exigatur ad instrumenti rationem: qd duplici expleto in litera manifestat.

¶ Circa hanc contentionem seu rationem dubium occurrit: quoniam implicite petit principiu. Oportet enim ad integrandum processum hunc, subsumere quod bonitas uel malitia ministris est accidens: & non ex actu ad rationem instrumenti ministrans sacramenta. Hoc autem supponere, perinde est ac si supponeretur conclusio eiusdem enim rationis est: quod bonitas uel malitia accidat instrumenti seu ministro sacramentorum, & quod cum malitia possit minister conferre sacramentum, quoniam accidentia, siue ad sint, siue absint, non variant potestatem.

¶ Ad hoc dicitur, q. dicitur super illud i. ad Corinth. i. Diuisus est Christus, dicit glo. q. quod potuit eis dare auctoritatem baptismi, quibus contulit ministerium.

Gl. ord. libi.

Infra arti. 9. cor. Br. 4. di. 5. q. 3. art. 2. Et di. 7. q. 3. Et di. 24. q. 3. art. 3. q. 5. ad 3. Et 4. contra cap. 76.

Art. 3. huius quatuor.

Ysa. 5. in Io. an. circa me. 10. 9.

Art. 1. & 3. huius quatuor.

ARTICVLVS V.

Vtrum per malos ministros sacramenta conferri possint.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod per malos ministros sacramenta conferri non possint. Sacramenta enim nouae legis, ordinantur ad emundationem culpae, & collationem gratiae: sed mali, cum sint immundi, non possunt alios a peccato mundare (secundum illud Eccle. 34. Ab immundo quis mundabitur): & etiam cum gratiam non habeant, non uidentur quod gratiam conferre possint: quia nullus dat quod non habet, non ergo uidentur q. per malos sacramenta conferri possint.

¶ 1. Præ. Tota uirtus sacramentorum deriuatur a Christo, ut dictum est. sed mali sunt præcisi a Christo quia non habent charitatem per quam membra capiti ununtur, secundum illud primae Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: ergo uidentur quod per malos sacramenta conferri non possint.

¶ 3. Præ. Si desit aliquid horum, quae debitum est esse in sacramentis, non perficitur sacramentum, sicut si desit debita forma, uel debita materia: sed debitum minister sacramenti est ille, qui caret macula peccati, secundum illud Leui. 21. Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. ergo uidentur, q. si minister sit malus, nihil efficiatur in sacramento.

SED CONTRA est, quod Aug. * dicit super illud Ioan. i. super quem uideris spiritum, &c. Quid non nouerat Ioannes? potestatem baptismi, ipsum Dominum habiturum & sibi retenturum, sed ministerium plane trahiturum in bonos, & malos: quid tibi facit malus minister ubi bonus est dominus?

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, ministri ecclesie instrumenta alter operantur in sa-

cramentis, eo q. quodammodo eadem ratio est ministri, & instrumenti: sicut autem supra dictum est, instrumentum non agit secundum propriam formam aut uirtutem, sed secundum uirtutem eius, a quo mouetur. Et ideo accidit instrumento, in quantum est instrumentum, quale cumque formam, uel uirtutem habeat, praeter id, quod exigitur ad rationem instrumenti, sicut q. corpus medici (quod est instrumentum animae habentis artem) sit sanum uel infirmum, & sicut q. fistula per quam transit aqua, sit argentea uel plumbea: unde ministri ecclesiae possunt sacramenta conferre, etiam si sint mali.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ministri ecclesiae neque a peccatis mundant homines ad sacramenta accedentes, neq. gratiam conferunt sua uirtute: sed hoc facit Christus sua potestate per eos, sicut per quendam instrumenta. & ideo effectus consequitur, in suscipientibus sacramenta, non secundum similitudinem ministrorum, sed secundum configurationem ad Christum.

AD SECVNDVM dicendum, q. per charitatem membra Christi ununtur suo capiti, ut ab eo uitam recipiant: quia ut dicitur primae Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte: potest autem aliquis operari per instrumentum carens uita, & a se separatam, quantum ad corporis unionem, dummodo sit coniunctum per quandam motionem: aliter enim operatur artifex per manum, & aliter per securim, sic igitur Christus operatur in sacramentis, & per bonos, tanquam per membra uiuifica, & per malos, tamquam per instrumenta carentia uita.

AD TERTIVM dicendum, q. aliquod est debitum esse in sacramento dupliciter: uno modo, sicut existens de necessitate sacramenti, quod quidem si desit, non perficitur sacramentum: sicut, si desit debita forma, uel debita materia. Alio modo, est aliquid debitum esse in sacramento secundum quandam decentiam, & hoc modo debitum est, ut ministri sacramentorum sint boni.

ARTICVLVS VI.

Vtrum mali ministrantes sacramenta peccent.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod mali ministrantes sacramenta, non peccent. Sicut enim ministratur Deo in sacramentis, ita per opera charitatis,

quod stadium Auctoris fuit ad reddendum rationem conclusionis, postquam ad ipsam conclusionem. Omnis enim questio est media, ut dicitur in secundo Posterior. & praecipue quando conclusio ueritas habetur pro eidente, ut est in proposito. Et propterea in litera neglexit Auctor subumere de bonitate uel malitia, & ascendit ad uniuersalem rationem instrumenti, ut haec habita sumaria notitia propter quod mali ministri possunt conferre sacramenta, habetur.

Et est in promptu consequentia ratio ad praesentem materiam, quoniam bonitas uel malitia moralis hac ratione ad ministrum sacramentorum necessaria creditur, si necessaria esset, quia nemo dat quod non habet. Quae ratio in litera in primo argumento asseritur: & dicitur fuisse Cypriani martyris. Ex hoc enim quod minister instrumenta alter operatur, & instrumentum non propria, sed principalis agentis uirtute efficit, consequens est manifeste, quod ad efficacem collationem sacramenti non exigitur in ministro bonitas, quia sacramentum efficaciter conferat: idem est enim malitiam ministris impedit sacramenti effectum, & instrumentum agere propria uirtute, quae per malitiam tolleretur. nulla est ergo petitio principii: sed claritas materiae breuiorem effecit processum litterae, in qua Auctor, quia ratio ipsa a sacris doctoribus posita fuerat, ut patet in 4. di. 4. sent. vacauit probationi ipsius rationis. l. uniuersali rationi instrumenti, ut antiquae traditionis ratio hretur.

¶ Super Questionis, sexagesimaquarta. Articulu quintu. Titulus, ut sonat summe d. e. In

¶ Super Questionis, sexagesimaquarta. Articulu quintu.

¶ Titulus, ut sonat summe d. e. In